

Cap. 40. AUGUSTINVS

Hebr. 13. versu 4. & Epiphanius ipse, *in dicitur deo uerbo*,
ait, *τοῦτο εἰνι ἐκκλησία, πάντα επιβάτους οὐχ θέται, id est,*
non modò cœlibes, sed etiam coniuges. & idem,
ηδὲ αὕτη τε εἰκασία οὐχ εἰνι γάμον σεμνήν καὶ τιμῆν τοιούτον. Allegant autem pro se primum dictum quod
aiunt esse Christi ex falso Euangelio quod vocant
Secundum Aegyptios, ubi sic legi volunt, Veni ad
dissoluendum opera fœminæ. Sed Clemens Stromat.
libro 3. qui prolixè aduersus primos huius er-
roris authores disputavit, non modò librum ni-
hili & apocryphum esse docet : sed etiam vocem
fœminæ pro intemperantia & prava cupiditate su-
mi ipsis illis interpretibus ostendit. Deinde affe-
runt exemplum Gymnosophistarum qui inter Per-
fas laudati sunt, quod abstinerent coniugio. Sed
frustra & perperam ad fidem Christianam stabili-
liendam profanorum hominum exempla nobis ob-
iiciuntur. Est autem coniugium sacrosancta Dei
institutio, ut docet his verbis Christus, *Quod*
Deus coniunxit, homo non separet, Matth. 19.
versu 6. Denique si coniugia damnanda sunt, er-
go & homines omnes, & liberorum procreatio,
quia sunt fructus coniugii, in quo tamen ipso fœ-
mine salutem esse demonstrat Paulus 1. Timot. 2.
versu 15. 2 Error, Apostolos omnes cœlibes fu-
sse & perpetuò vixisse contendunt. Falsum etiam
istud est, quemadmodum Paulus ipse docet 1. Cor-
inth. 9. versu 5. & arguit textus Euangelii, Matt.
8. versu 14. Præterea testimonio Clementis Ale-
xandrini, Strom. lib. 3. reuincuntur, qui de Apo-
stolorum coniugio disputat, cuius sententia etiam
repetita est ab Eusebio, libro 3. Histor. cap. 30. 3
Damnat eos qui aliquid proprium possident, quasi
exfor-